



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Interdictum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

suspensus à Pontificalibus, etiam si celebret in Pontificalibus, non efficitur irregularis, quia Pontificalia non sunt de substantia ordinis; secus verò si esset suspensus à divinis, vel ab officio, vel executione officii, vel à celebratione Missæ, vel ab aliquo huiusmodi, & exerceat aliquid, quod esset de substantia ordinis, nam collatio ordinis non est de substantia ordinis, sed dignitatis. Dices, si est suspensus à collatione ordinum, vel beneficiorum, si confert, nonne est irregularis? Respondetur quod non, quia ista non sunt ordines, sed ordinarius carebit executione ordinum, & beneficii collatio non teneret. Hostiens. in *Sum. tit. de dispensa. §. sunt autem casus, ver. 14.* cetera vide in *addic. magnis.*

INTERDICTUM.

SUMMARIUM.

- 1 Quotuplex sit interdictum.
- 2 A quo possit imponi.
- 3 Quibus causis.
- 4 Quæ liceant fieri durante eo.
- 5 Quæ prohibeantur.
- 6 Quomodo absolvatur.

AD Primum, est triplex, Nav. ca. 27. n. 166. & infra, Sylvest. in *ver. interdictum, l. §. 2. num. 6.*

Ad Secundum, regulariter, qui potest excommunicare, potest & interdiceret, idem *locus cit.* Con. Trid. *sess. 25. ca. 12. de reform. Regul.*

Ad Tertium, Nav. *ubi supr.* & Sylvest. *ead. vers. 3. §. 5.* Sot. 4. *sentent. d. 22. quæst.*

3. art. 1. propter delictum populi, oppidi, vel civitatis generale, seu speciale, vel domini civitatis, vel provinciae, vel particularium personarum, quando de facili corrigi non possunt, Abb. in *cap. petistis, nu. 1. de privil. Covar. lib. 2. cap. 9. in si. var. resol. D. Ant. p. tu. 16. cap. 3. §. item, vide Bullam Leon. X. quæ est 16. f. 131.*

Ad Quartum, & Quintum, vide Navar. *ubi supr.* & Sylvest. *eo. ver. 5. §. 2.* ubi habetur, posse fieri multa, scilicet Sacramentum Baptismi, Confirmationis, Pœnitentiæ ægrotis, Matrimonii, Viatici, celebrare semel in hebdomada ad renovandum Sacramentum, die Nativitatis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, Assumptionis beatæ Virginis, in festo Corporis Christi, & per totam octavam, in die Conceptionis beatæ Virginis, Covar. in *ca. alma mater, 2. p. §. 1. & per totum.*

Ad sextum, si est temporaneum, non indiget absolutione, Sylv. *lo. cit. 3. n. 3. §. 9. ver. secundum,* & idem de suspensione temporanea, idem in *ver. suspensio. §. 8. gl. in Clem. 1. in ver. donec, de decim.* Navar. *ibid. n. 161. notab. 6.* Covar. *de spons. 2. p. c. 6. nu. 19.* Diaz *pract. crim. Can. c. 122. iuxta medium,* secus de excom. tempor. Doct. *loc. cit.* Abb. in *c. ex tuarum, num. 3. de for. illeg.*

Primum dubium, an tempore interdicti prohibeatur prædicatio verbi Dei? Respondetur, quod non, similiter de electione & expositione sacræ Scripturæ, sermonibus & doctrina Christiana, c. *responsio, de sent. excom. Inno. in c. tanta, nu. 1. de excess. Pral.*

Secundum dubium, an celebrans in

Oo

loco